lae que algunas cláusulas tienen entre sí. Falta en los estrangeros el encargo de que en el archivo de Roma se viese la escritura de la cesion que Atanagildo hizo de cierto territorio de España al emperador Justiniano, para que le auxiliase con sus armas en la guerra civil que llevaba contra Agila. Tambien le falta algo mas, si es cierto lo que dicen muchos historiadores, que el Rey envió trescientas vestiduras para los pobres de San Pedro de Roma, deseando que esta limosna le sirviese en descuento de sus pecados, cuando Dios le llamase á juicio. Otros advierten que en algunos manuscritos antiguos se halla dividida en dos partes la carta de San Gregorio con la espresion de primera desde las palabras, *Explere verbis*, hasta las de *dignitati* (vel *gravitati*) *debecamus*, y despues prosigue así: *Praeterea dona vestrae excellentiae*, etc. La segunda empieza por las palabras: *Ante longum tempus*, etc., de modo que se omite, *In Anagnostico*, con que en los impresos comienza el aparte. A nuestro parecer escribió tres veces Recaredo á San Gregorio Magno, en el año IV de su reinado, en que con ciertos abades de sus estados envió varios dones para el templo de San Pedro y las 300 vestiduras. Otra con el presbítero que el papa habia enviado á Málaga con ciertos asuntos, sea Vital Calaritano, sea Juan, que con título de *Defensor* vino á España á componer las diferencias de algunos obispos de la Bética; y con estos envió el Rey un cáliz de oro guarnecido de piedras preciosas, como se espresa en la carta que damos al final de esta historia. La tercera con un Joven napolitano, pidiendo la copia del tratado de Atanagildo (esta va incluida en nuestra Coleccion en el aparte que hay en el capítulo IV hasta á conclusion). Es verdad que no hallamos vestigio de tres cartas de San Gregorio, si solamente de dos; pero no hay que estrañar lo, porque como el mismo Santo previene no habia contestado á todas las cartas del Rey por falta de portador que viniese á España; é ignoramos el tiempo preciso en que estas dos ó tres cartas se escribieron: porque aunque en la respuesta del Santo se halla la fecha de la indiccion II, no podemos asegurar si debe aplicarse á la que se llama carta I ó á la II. Sin embargo, como en esta misma carta en la parte que se llama I, previene San Gregorio al Rey que envia el Palio á San Leandro; y en la que el mismo papa escribió á San Leandro en la indiccion II espresa lo mismo, se sigue que ambas cartas son de una misma fecha; á lo menos que las escribió San Gregorio en el año IX de su pontificado. Y como en la parte que se da en lugar de II carta se habla de la cesion de Atanagildo, cuyo encargo fué posterior, segun colegimos por el contesto; nos parece que igualmente lo fué esta carta, aunque no mucho, respecto á que Recaredo, segun nuestros historiadores, falleció en la indiccion IV.

Carta de Recaredo Rey de España, en 591, al Papa San Gregorio Magno, traducida y corregida.
Véase en la página 216 de este tomo II.

Fracmento de la carta II ó segun otros III de Gregorio á Recaredo.

Os remito tambien otra llave, que ha tocado el sagrado cuerpo de San Pedro apóstol, para que colcándola vos en lugar digno, merezcais de Dios toda bendicion y felicidad (a).

EPISTOLA PPAE GREGORII AD LEANDRUM HISPALENSEM EPISCOPUM.

DE (*Reccaredo regē et de*) SIMPLA MERSIONE BAPTISMATIS.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI LEANDRO EPISCOPO GREGORIUS SERVORUM DEI SERVUS.

Respondere epistolis vestris tota intentione (1) voluissem, nisi pastoralis curae ita me labor attereret ut mihi magis flere libeat, quam aliquid dicere. Quod vestra quoque reverentia in ipso litterarum mearum textu vigilanter intelliget, quando ei negligenter loquor, quem vehementer diligo. Tantis quippe in hoc loco hujus mundi fluctibus quator, ut vetustam ac putrescentem navem, quam regendam occulta Dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex adverso fluctus irruunt, nunc ex latere cumuli spumosi maris intumescunt, nunc a tergo tempestas insequitur. Interque haec omnia tur-

EPISTOLA DEL PAPA SAN GREGORIO A LEANDRO OBISPO DE SEVILLA.

ACERCA DE LA ÚNICA INMERSION EN EL BAUTISMO.

GREGORIO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS, AL REVERENDÍSIMO Y SANTÍSIMO HERMANO OBISPO, LEANDRO.

Hubiera querido responder con todo detenimiento á vuestra carta, si no me ocupara tanto la cura pastoral, pues no me deja tiempo mas que para llorar. Lo que vuestra reverencia entenderá sin duda alguna por el contesto de mi carta, viendo que hablo con negligencia á quien amo con pasion. Estoy pues acosado de tantas tormentas mundanales en este puesto, que de modo alguno puedo dirigir al puerto la antigua y carcomida nave, que por oculto favor de Dios tomé á mi cargo gobernar. Pues unas veces la acometen de frente las olas, otras se rompen en sus costados las inmensas espumas del mar, otras finalmente ruge la tempestad por

(a) Este aparte es el último de la carta que corre entre las impresos. En nuestros códices no se encuentra.
(1) Ex reliquis praeter Alv. in quo: devotione.

batus cogor modo in ipsa clavum adversitate dirigere, modo curvato navis latere minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemisco, quia sentio quòd negligente me crescit sentina vitiorum, et tempestate fortiter obviante jam jamque putridae naufragium tabalae sonant. Flens reminiscor quod perdidit meae placidum littus quietis, et suspirando terram conspicio, quam tamen rerum ventis adversantibus tenere non possum. Si ergo me, frater carissime, diligis, tu tuae mihi orationis in his fluctibus manum tende, ut quo laborantem me adjuvas, ex ipsa vice mercedis in tuis quoque laboribus valentior existas. Explere autem loquendo nullatenus valeo gaudium meum, quòd communem filium gloriosissimum Reccaredum regem ad catholicam fidem integerrima agnovi devotione conversum, cujus dum mihi per scripta vestra mores exprimitis, amare me etiam quem nescio fecistis. Sed quia antiqui hostis insidias scitis, quoniam bellum durius contra victores proponit, nunc erga eundem filium nostrum solertiùs sanctitas vigilet, ut bene coepta perficiat, nec se de perfectis bonis operibus extollat, ut fidem cognitam vitae quoque meritis teneat, et, quia aeterni regni civis sit, operibus ostendat, quatenus post multa annorum curricula de regno ad regnum transeat.

De trina verò mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quàm ipsi sensitis quia in una fide nihil officit sanctae ecclesiae consuetudo diversa. Nos autem, quod tertiò mergimus, triduanæ sepulturae sacramenta signamus, ut dum tertiò ab aquis infans educitur, resurrectio triduanæ temporis exprimitur. Quod si quis fortè etiam pro summa Trinitatis veneratione aestimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit, baptizandum semel in aquis mergere, quia dum in tribus subsistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptisate vel ter vel semel mergere, quando et in tribus mersionibus personarum Trinitas, et in una potest divinitatis singularitas designari. Sed nunc hucusque ab haereticis infans in baptisate tertiò mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo, ne dum mersiones numerant, divinitatem dividant, dumque quod faciebant faciunt morem vestrum (*nostrum*) se vicisse gloriantur. Dulcissimae autem mihi fraternitati vestrae codices direxi, quorum notitiam subter inserui. Ea autem, quae in beati Job expositione dicta fuerant et vobis scribitis dirigenda, quia haec verbis sensibusque tepentibus (*petentibus*) per homilias direxeram, utcumque studui in librorum ductum permutare, quae nunc adhuc a librariis conscribuntur. Et

la espalda; y turbado en medio de todos estos horrores, me veo obligado á dirigir el timon en la misma adversidad, ó á ladear de costado las olas amenazadoras, inclinando la nave. Gimo porque siento que por negligencia mia crece la sentina de los vicios, y porque á causa del fuerte temporal las podridas tablas indican el naufragio. En medio de mis lágrimas me acuerdo de haber perdido la plácida ribera de mi salud, y suspirando miro la tierra, á la que sin embargo no puedo arribar por los vientos contrarios. Si es que me amas, hermano carísimo, ayúdame con tus oraciones en medio de estas olas, para que auxiliándome tus trabajos, tengas mas valor para soportar los tuyos en recompensa de tu merced. No puedo espresar con palabras mi gozo por haber conocido que nuestro comun gloriosísimo hijo el Rey Recaredo, se ha convertido de todo corazon á la fe católica; de cuyas costumbres haciéndome relacion en vuestros escritos, me obligasteis á que tambien amara á quien no conozco. Pero toda vez que no ignorais las asechanchazas del antiguo enemigo, el cual hace una guerra mas cruel á los vencedores, debe ahora velar vuestra santidad con mucho mas esmero cerca del mismo Hijo nuestro, para que concluya lo bien empezado, y no se envanezca por haber terminado las buenas obras; á fin de que añada á la fe que se le conoce los méritos de su vida; y toda vez que es ciudadano del Eterno reino, lo patentice con las obras, para que despues del transcurso de nuestros años pase del un reino al otro.

Acerca de la trina inmersión del bautismo no puede responderse ninguna cosa con mas verdad que lo que vos proponeis; porque habiendo una misma fe nada perjudica á la santa iglesia la costumbre diversa. Nosotros pues al sumergir tres veces, significamos con esto los sacramentos de la sepultura de los tres dias; de modo que la inmersión del infante en las aguas por tres veces espresa la resurrección al cabo de los tres dias. Pero si alguno juzga, en atención á la gran veneration de la Trinidad y toda vez que á esto nada se opondre, que solamente una vez se debe hacer la inmersión del bautizado, porque en las tres subsistencias hay una sola sustancia, no puede bajo ningun concepto ser reprehensible que se sumerja al infante en el bautismo ó tres ó una vez; puesto que en la trina inmersión se designa la Trinidad de las personas, y en la una puede sobreentenderse la singularidad de la divinidad. Pero si hasta aquí los hereges usaban en esas regiones de tres inmersiones en el bautismo, no juzgo que debeis seguir practicándolas; no sea que viendo que vosotros seguís su costumbre, se glorien de haberos vencido. He remitido á vuestra dulcísima fraternidad los códices, cuya noticia inserté abajo. Pedís que se os remita tambien lo que se escribió acerca de la esposición del bienaven-

nisi portitoris praesentium me festinatio coangustasset, cuncta vobis transmittere sine aliqua imminutione voluissem, maximè quia et hoc ipsum opus ad vestram reverentiam scripsi, ut ei, quem prae ceteris diligo, in meo videar labore desudasse. Praeterea si vobis indulgeri tempora ab ecclesiastica occupatione cognoscitis, quid sit jam faciendum scitis, quamvis etiam absentem corpore praesentem mihi te semper intueor, quia vultus tui imaginem intra cordis viscera impressam porto. Deus te incolumem custodiat, dulcissime (2) mihi, et reverendissime frater (a).

turado Job: lo que hubiera remitido integro, sino hubiese sido por la priesa que tiene de marcharse el portador de la presente, por haber escrito esta obra para vuestra reverencia, á fin de que parezca haber sudado en mi trabajo en beneficio de aquel á quien amo sobre todos. Además, si conoecis que despues de desempeñar las ocupaciones eclesiásticas os queda algun tiempo, ya sabeis lo que debeis hacer; pues aunque de cuerpo esteis ausente, para mí siempre estais presente, porque llevo impresa en el corazon la imágen de vuestro semblante. Dios te guarde, dulcísimo y reverendísimo hermano.

(2) Bibl. Reg. dilectissima.

(a) Data mense Maji.

XCVII.

EPISTOLA EJUSDEM GREGORII AD EUNDEM LEANDRUM EPISCOPUM.

EPISTOLA DEL MISMO GREGORIO AL MISMO LEANDRO.

DE DIRECTIS LIBRIS REGULAE PASTORALIS ET EXPOSITIONE BEATI JOB.

ACERCA DE LA REMISION DE LOS LIBROS DE LA REGLA PASTORAL Y DE LA ESPOSICION DEL BIENAVENTURADO JOB.

REVERENDISSIMO ET SANCTISSIMO FRATRI LEANDRO EPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

GREGORIO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS, AL REVERENDÍSIMO Y SANTÍSIMO HERMANO OBISPO, LEANDRO.

Quanto ardore videre te sitiam, quia valde me diligis, in tui tabulis cordis legis. Sed quia longo terrarum spatio disjunctum te videre nequeo, unum quod mihi de te dictavit caritas feci, ut librum Regulae pastoralis, quem in episcopatus mei exordio scripsi, et libros, quos in expositionem beati Job jam dudum me fecisse cognovisti, sanctitati tuae cum communi filio Probino presbytero veniente transmitterem. Et quidem in eo opere tertiae et quartae partis codices non transmisi, quia eos solummodo (*invenio quos*) ex eisdem partibus codices habui, quos jam monasteriis dedi (*excerpsi*). Hos itaque sanctitas tua studiosè percurrat, et peccata mea studiosiùs defleat, ne mihi culpae gravioris sit, quòd quasi scire videor quod agere praetermitto. In hac verò ecclesia quantis causarum tumultibus premor ipsa caritati tuae epistolae meae brevitatis innotescet, quando ei parum loquor, quem magis omnibus diligo. Deus (1) te incolumem custodiat, reverendissime frater.

Lees en lo mas oculto de tu corazon, porque me amas mucho, el deseo tan grande que tengo de verte; pero toda vez que no puedo conseguirlo por la gran distancia que nos separa, he practicado una de las cosas que la caridad me dictó acerca de ti, esto es, remitir á tu santidad por medio de nuestro comun hijo el presbítero Probino, legado tuyo, el libro de la Regla pastoral que escribí al principio de mi episcopado, y tambien los libros que sabes que yo compuse hace tiempo acerca de la Esposicion del bienaventurado Job. Mas no he remitido los códices de la tercera y de la cuarta parte de esta obra, porque hace tiempo que los entregué á los monasterios. Tu santidad medite con cuidado estos, y llore aun con mas afecto mis pecados, no sea que sirva para mí de mayor culpa, que se crea que sé lo que dejo de practicar. La brevedad de esta carta hará conocer á tu caridad las angustias que me afligen en esta iglesia por los tumultos de las causas, puesto que hablo muy poco á aquel á quien amo mas que á todos. Dios te guarde, venerabilísimo hermano.

(1) Subscriptio haec desumpta est ex Cod. Bibl. Reg. et Esc.

3. quum desit in reliquis.

XCIX.

EPISTOLA EJUSDEM GREGORII AD EUMDEM SACERDOTEM LEANDRUM

EPISTOLA DEL MISMO GREGORIO AL MISMO SACERDOTE LEANDRO

DE PALLIO A BEATI PETRI APOSTOLI SEDE DIRECTO.

ACERCA DE LA REMISION DEL PALIO DESDE LA SEDE DEL BIENAVENTURADO APÓSTOL PEDRO.

REVERENDISSIMO SANCTISSIMO FRATRI LEANDRO EPISCOPO GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

AL REVERENDÍSIMO Y SANTÍSIMO HERMANO OBISPO LEANDRO, GREGORIO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS.

Sanctitatis tuae suscepi epistolam solius caritatis calamo scriptam. Ex corde enim lingua tinxerat quod in chartae pagina refundebat. Boni autem sapientesque viri quum legeretur adfuerunt, quorum statim viscera in compunctione commota sunt (1). Coepit quisque amoris manu in suo corde te rapere, quia in illa epistola tuae mentis dulcedinem non erat audire, sed cernere. Accendebantur singuli, atque ipse ignis audientium demonstrabat, qui fuerit ardor dicentis. Nisi enim prius in se faces ardeant, alium non succendunt. Ibi ergo vidimus quanta caritate tua mens arserit, quae sic et alios accendit. Vitam verò vestram (*rectam*), cujus ego semper cum magna veneratione reminiscor, minimè noverant, sed eis altitudo vestri cordis patuit ex humilitate sermonis. Vitam autem meam cunctis esse imitabilem illa vestra epistola loquitur. Sed quod non est, ita ut dicitur, sit ita quia dicitur, ne qui non solet mentiatur. Ad haec autem breviter cujusdam bonae mulieris verba loquor: *Nolite me vocare Noemi, id est, pulchram, sed vocate me amaram (Mara) quia amaritudine plena sum.* Neque enim, bone vir, hodie ego sum ille, quem nosti. Multum, fateor, exteriùs proficiendo, interiùs cecidi, meque de eorum numero esse pertimesco, de quibus scriptum est. *Dejecisti eos, quum allevarentur.* Quum allevatur enim dejicitur, qui honoribus proficit et moribus cadit. Ego enim vias mei capitis sequens summopere esse decreveram opprobrium hominum et abjectio plebis, atque in ejus sorte currere, de quo rursum per psalmistam dicitur: *Ascensus in corde ejus disposuisti in convalle lacrymarum, ut videlicet tantò veriùs intus ascenderem quanto per convallem lacrymarum foris*

He recibido la carta de tu santidad escrita con la pluma de sola la caridad; la lengua habia tomado del corazon la tinta con que se escribió. Estaban presentes cuando la lei varones buenos y sabios, cuyos corazones se enternecieron al momento: cada uno de por sí empezó á llevarte á su corazon con la mano del amor, porque en aquella carta no se oye tu dulzura, sino que se está palpando. Se encendian y se admiraban todos; y este fuego de los oyentes demostraba cuál habria sido el del que escribia; pues hasta tanto que la leña arde no comunica á las otras haces su incendio. Allí pues hemos visto la caridad tan grande en que se abrasa tu mente, puesto que de tal manera enciende á los otros. No conocian pues tu vida, de la que siempre me acuerdo con gran veneracion; pero se les patentizó la elevacion de vuestra alma por la humildad del language. Aquella vuestra carta dice que mi vida debe servir de modelo á todos; pero lo que no es como se dice, debe ser así, porque se dice, con objeto de que no mienta el que no lo acostumbra. A esto pues respondo brevemente con las palabras de cierta buena muger: *No me llameis Noemi (esto es hermosa), sino llamadme Mara (esto es amarga), porque estoy llena de amargura.* Pues tampoco soy yo en el dia, excelente varon, aquel á quien conociste; por el contrario confieso que aprovechando mucho en el exterior, he perdido en el interior, y temo ser del número de aquellos de quienes se escribió: *los has derribado cuando se elevaban;* y se derriba cuando se eleva aquel que adelanta en honores, y pierde en costumbres. Yo pues habia decretado, siguiendo mis inclinaciones, ser el oprobio de los hom-

(1) Desunt folia in Bibl. Reg.

humilius jacerem. At nunc multum me deprimis honor onerosus: curae innumerae perstrepunt, et quum sese ad Deum animus colligit, hunc suis impulsibus quasi quibusdam gladiis scindunt. Nulla cordis quies est: prostratum jacet in infimis suae cogitationis pondere depressum. Aut rara valde, aut nulla hoc in sublimibus penna contemplationis levat. Torpet ignara (*ignavia*) mens, et circumlatrantibus curis temporalibus jam pene ad obstuporem deducta cogitur modò terrena agere, modò etiam quae sunt carnalia dispensare. Aliquando verò fastidio exigente compellitur quaedam etiam cum culpa disponere. ¿Quid multa loquor? victa suo pondere sanguinem sudat, nisi enim sanguinis (*sanguis*) nomine culpa censeretur, psalmista non diceret: *Libera me de sanguinibus*. Quum verò culpas culpulis jungimus, hoc quoque quod per alium prophetam dictum est implemus: *Sanguis sanguinem tetigit*. Sanguis enim sanguinem tangere dicitur, quum culpa culpae adiungitur, ut iniquitatis cumulus multiplicetur. Sed inter haec omnipotentem Deum deprecor: in perturbationis fluctibus elapsam (*lapsam*) tuae orationis manu me tene. Quasi enim prospero flatu navigabam quum tranquillam vitam in monasterio ducerem: sed procellosis subito motibus tempestas exorta in sua perturbatione me rapuit, et prosperitatem itineris amisi, quia, quiete perditam, mentis naufragium pertuli. Ecce nunc in undis versor, et tuae intercessionis tabulam quaero, ut qui navi integra dives pervenire non merui, saltem post damna ad littus per tabulam reducar. De podagrae verò molestia sanctitas vestra, ut scribit, affligitur, cuius dolore assiduo et ipse vehementer attritus sum: sed facilis erit consolatio si inter flagella, quae patimur, quaeque facimus ad memoriam delicta revocemus. Atque haec non jam flagella, sed dona esse conspicimus, si qui (*quae*) carnis delectatione peccavimus carnis dolore pungamur. Praeterea ex benedictione beati Petri apostolorum principis, pallium vobis transmisimus ad sola missarum solemnitas utendum. Quo transmissio, valde debui qualiter vobis vivendum esset admonere; sed loquutionem supprimo quia verba moribus anteitis. Omnipotens Deus sua vos protectione custodiat, atque ad coelestis remunerationem patriae cum multiplici animarum fructu perducatur. Ego autem quanta occupatione deprimor et (*ex*) debilitate, brevis (2) testatur epistolae: in qua et ei, quem multum diligo, parum loquor. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater.

bres y el desprecio de la plebe, y correr en la suerte de aquel, de quien dice por segunda vez el Salmista: *dispuso subidas en su corazon, en el valle de lágrimas*, para subir con tanta mas verdad por dentro, con cuanta por fuera me presentase con mas humildad en el valle de las lágrimas. Mas ahora me deprime mucho el honor pesado; me cercan cuidados innumerables, y cuando el ánimo se eleva á Dios le hienden con sus golpes como con espadas: no tengo sosiego en el corazon, y se halla postrado en lo ínfimo, agoviado con el peso de su pensamiento. Está ya del todo entorpecida la mente ignorante; y reducida á la estupidez por los cuidados temporales que la rodean, se ve obligada unas veces á ejecutar las cosas terrenas, otras tambien á dispensar las carnales, y algunas á causa del fastidio tiene precision de disponer hasta cosas culpables. ¿Y á qué hablo tanto? vencida con su peso, suda sangre; pues si no se entendiera por sangre la culpa, no diria el Salmista: *librame de las sangres*. Y cuando añadimos culpas á culpas realizamos lo que se dijo por otro Profeta: *La sangre tocó á la sangre*. Y se dice que la sangre toca á la sangre, cuando se añade una culpa á otra culpa para multiplicar el cúmulo de la iniquidad. Pero en medio de estas cosas pido al Dios omnipotente que en las olas de la perturbacion sostengas con la mano de tu oracion á mí que me encuentro desfallecido. Navegaba pues como con viento favorable, cuando pasaba la vida con tranquilidad en el monasterio; pero una tempestad repentina me arrebató en sus baibenes entre las olas tempestuosas, y perdi la prosperidad del camino, porque ahuyentada la quietud naufragó la mente. Ahora pues camino por medio de las olas, y busco el áncora de tu intercesion; para que ya que no merecí llegar rico con la nave salva, al menos regrese á la ribera con el auxilio de la tabla despues de los perjuicios. Segun escribe vuestra santidad, se halla fatigado de la gota, cuyo perenne dolor tambien me aflige; pero con facilidad me consolaré, si en medio de los tormentos que sufro, recuerdo los delitos que he cometido: y estos padecimientos no los miraremos ya sino como dones; pues si hemos pecado por deleite de la carne, justo es que suframos por el dolor de la carne. Ademas por la bendicion del bienaventurado Pedro, príncipe de los apóstoles, os enviamos el palio, para que le useis solamente en la solemnidad de las misas. Al remitirle debia amonestar la manera con que habias de vivir; pero lo suprimo, porque á las palabras anteponeis las costumbres. El omnipotente Dios os guarde con su proteccion, y os lleve con gran fruto de las almas á la remuneracion de la patria celestial. La brevedad de esta carta

(2) *Ann. Esc. Tol. 4. 2. Ger. brevis testatur epistola.*
TOMO II.

atestigua las ocupaciones que tengo, y mi debilidad; pues en ella hablo muy poco á aquel á quien amo mucho. Dios te guarde, reverendísimo hermano.

C.

CUJUS SUPRA AD RECCAREDUM REGEM GOTHORUM.

GLORIOSÍSSIMO ATQUE PRAECELLENTÍSSIMO FILIO RECAREDO REGI GOTHORUM ATQUE SUEVORUM GREGORIUS SERVUS SERVORUM DEI.

I.

De laude ejusdem principis quod per eum ad catholicam fidem gens Gothorum conversa est.

Explere verbis, excellentissime vir (fili), non valeo, quantum tuo opere, tua vita delector. Audita quippe novi diebus nostris virtute miraculi quod per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab Arianae errore haeresis in fidei rectae soliditatem translata est, exclamare cum propheta libet: *Haec est mutatio (immutatio) dexterarum Excelsi.* ¿Cujus enim vel saxeam pectus, tanto hoc opere cognito, non statim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuae excellentiae amore mollescat? Haec me fateor, quae per vos acta sunt, saepe convenientibus filiis meis dicere, saepe cum eis pariter admirari delectat. Haec me plerumque etiam contra me excitant, quod piger ego et inutilis tunc inerti otio torqueor (torpeo), quando in animarum congregationibus pro lucro coelestis patriae reges elaborant. ¿Quid itaque ego in illo tremendo examine judici venienti dicturus sum, si tunc illic vacuus venero, ubi tua excellentia greges post se fidelium ducet, quos modò ad verae fidei gratiam per studiosam et continuam praedicationem traxit? Sed est mihi, bone vir, hoc ex Dei munere in magna consolatione, quia opus sanctum, quod in me non habeo, diligo in te, quumque de tuis actibus magna exultatione gaudeo, ea, quae per laborem tua sunt, mea per caritatem fiunt. De conversione igitur Gothorum in vestro opere et in nostra exultatione libet cum angelis exclamare: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Nos enim, ut aestimo, nos gratiarum amplius omnipotentis Domino debitores existimus, qui etsi vobiscum nihil egimus, vestro tamen operi congaudendo participes sumus.

EPÍSTOLA DEL PONTÍFICE GREGORIO A RECAREDO, REY DE LOS GODOS Y SUEVOS.

AL GLORIOSÍSSIMO Y EXCELENTÍSSIMO HIJO RECAREDO. REY DE LOS GODOS Y SUEVOS, GREGORIO, SIERVO DE LOS SIERVOS DE DIOS.

I.

De la alabanza del mismo príncipe, puesto que por su mediacion se ha convertido á la religion católica la nacion goda.

No puedo explicar con palabras, excelentísimo hijo, cuánto gozo recibo con vuestra vida y acciones. El nuevo milagro que ha sucedido en nuestros dias, de haber pasado los godos por obra vuestra de la heregía arriana á la verdadera fe, me mueve á esclamar con el Profeta: *Esta mudanza es obra de la diestra de Dios.* ¿Qué pecho habrá tan de piedra, que oyendo tan grande novedad, no se derrita en alabar á Dios y en amar á vuestra persona? Yo confieso sinceramente que no me canso de repetir á mis hijos lo que habeis hecho, y de gozarme y admirarme con ellos. Muchas veces me lleno de confusion, considerando por una parte mi inutilidad y pereza, y por otra la actividad con que trabajan los reyes de la tierra para llevar las almas al cielo. ¿Qué podré yo decir á mi Redentor en el dia del tremendo juicio, cuando me vea con las manos vacías, y vos os presentéis al mismo tiempo seguido de tropas de cristianos, que deben á vuestras amonestaciones la gracia de Jesucristo? Pero sin embargo, tengo yo tambien, excelente varon, algun motivo de consuelo, porque amo en vos lo bueno, que yo no hice, y gozándome extraordinariamente en vuestras santas acciones, la obra que es vuestra por hechura, es tambien mia por afecto. Clamemos pues uno y otro, vos por lo que habeis obrado, y yo por lo que me alegro; clamemos con los santos ángeles: *Gloria á Dios en las alturas, y paz en la tierra á los hombres de buena voluntad:* pues yo creo que participando de vuestras buenas obras, sin haber cooperado á ellas, deba por esto mismo mayores gracias á Dios.

II.

De muneribus beato Petro apostolo a memorato Principe missis.

Beatus verò Petrus apostolorum princeps quàm libenter munera excellentiae vestrae suscepit, ita cunctis liquidè vita nostra testatur. Scriptum quippe est: *Vota justorum placabilia*. Neque enim in omnipotentis Dei judicio quid datur, sed a quo detur, adspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: *Respexit Deus ad Abel, et ad munera ejus; ad Cain autem et ad munera illius non respexit*. Dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, praemisit sollicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, sed munera ab offerente placuerunt. Vestra itaque oblatio quàm sit grata ostenditis qui daturi aurum priùs ex conversione gentis subditae animarum munera dedistis. Quod verò transmissos abbates, qui oblationem vestram beato Petro apostolo deferebant, vi maris dicitur fatigatos ex ipso itinere ad Hispaniam remeasse, non munera vestra repulsa sunt, quae postmodum pervenerunt, sed eorum, qui transmissi fuerant, constantia est probata, an scirent sancto desiderio objecta pericula vincere et in fatigatione corporis mente minimè lassari. Adversitas enim, quae bonis votis objicitur, probatio virtutis est, non judicium reprobationis. ¿Quis enim nesciat quàm prosperum fuit, quod beatus Paulus apostolus praedicaturus ad Italiam veniebat, et tamen veniens naufragium pertulit, sed navis cordis in marinis fluctibus integra stetit?

III.

De constitutione ejus adversus judaeos, quod auro eorum non sit corrupta.

Praeterea indico quia crevit vestro opere in laudibus Dei hoc quod dilectissimo filio meo Probino presbytero narrante cognovi: quia quum vestra excellentia constitutionem quamdam contra judaeorum perfidiam dedisset, (1) hi, de quibus prolata fuerat, rectitudinem vestrae mentis inflectere pecuniarum summam offerendo moliti sunt, quam excellentia vestra contempsit, et omnipotenti Deo placere quaerens auro innocentiam praetulit. Qua in re mihi David regis factum ad memoriam venit, cui dum concupita aqua de

II.

De los donativos enviados por el mencionado principe al bienaventurado apóstol San Pedro.

Acerca de las dádivas que habeis ofrecido á San Pedro, Príncipe de los apóstoles, vuestra vida misma nos da testimonio de que las ha recibido con mucho agrado; pues está escrito: *Que las ofrendas de los justos son muy aceptas*; porque delante de Dios no se considera la dádiva sino el dador. Efectivamente dice la sagrada Escritura: *Que Dios puso los ojos en Abel y en sus dones, pero no en Cain ni en sus ofrendas*: en cuyas palabras es de advertir, que primero se nombra al que ofrece, que la cosa ofrecida, porque Dios no se complace de las personas por sus dádivas, sino de las dádivas por las personas. Vuestra ofrenda pues ha sido sin duda alguna muy agradable á Dios, porque antes de ofrecerle el oro, le habeis presentado las almas de vuestros súbditos convertidos á la fe. No os sirva de pesadumbre que los abades que venian á Roma para presentar vuestras ofrendas á San Pedro Apóstol, cansados de las borrascas del mar, se volviesen á España antes de llegar á su destino; porque Dios no lo dispuso así para rechazar vuestros dones, que al fin ya llegaron, sino para probar la constancia de los que los traian, y ver el santo deseo con que procuraban vencer las dificultades, y resistir con ánimo infatigable á los cansancios del cuerpo. Las adversidades que se atraviesan en el camino de la virtud, no son indicios de reprobacion: son pruebas que hace Dios de nuestra constancia en el bien obrar. Así el Apostol San Pablo, viniendo á Italia para predicar el Evangelio, padeció naufragio; pero fué para mayor provecho: porque en medio de las tempestades se mantuvo siempre firme la nave de su alma.

III.

De la constitution del príncipe en contra de los judíos, que no pudo ser derogada por el oro que le ofrecieron.

Conozco tambien lo que Dios se complace en vuestras obras, por lo que me ha referido mi amado hijo el presbítero Probino, que habiéndose publicado por vuestra escelencia un decreto contra la perfidia de los judíos, y habiendo estos ofrecido gran cantidad de dinero para doblar vuestra rectitud, generosamente lo habeis despreciado, prefiriendo á la utilidad propia la causa de Dios, y al esplendor del oro el de la inocencia. Al oír esta relacion se me ocurrió el hecho de David, que viendo que sus soldados obsequiosos se habian entrado

(1) Desde esta palabra vuelve á leerse el código de la

Biblioteca real.

cisterna bethlemítica (*bethlehemetica*), quae inter hostiles cuneos habebatur, ad obsequentibus militibus fuisset adlata, protinus dixit: *Absit a me ut sanguinem hominum justorum bibam*. Quam quia fudit et bibere noluit, scriptum est: *libavit eam Domino*. Si igitur ab armato rege in sacrificium Dei versa est aqua contempta, pensemus quale sacrificium omnipotenti Deo rex obtulit, qui pro amore illius non aquam, sed aurum accipere contempsit. Itaque, fili excellentissime, fidenter dicam, quia libasti aurum Domino, quod contra eum habere noluisti.

IV.

Ut principes humilitatem cordis habeant.

Magna sunt haec, et omnipotentis Dei laudi (2) tribuenda: sed inter haec vigilantibus sunt studio antiqui hostis insidiae cavendae, qui quanto majora in hominibus dona conspicit, tanto haec auferre subtilioribus insidiis exquirat. Neque enim latrunculi in via capere viatores vacuos expetunt, sed eos qui auri vascula vel argenti ferunt. Via quippe est vita praesens, et tanto quisque necesse est ut insidiantes spiritus caveat, quanto majora sunt dona quae portat. Oportet ergo excellentiam vestram in tanto hoc de conversione gentis subditae munere quod accepit summopere custodire primum (3) humilitatem cordis, ac deinde munditiam corporis. Quum enim scriptum sit: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur*; profecto liquet, quia ille veraciter alta amat, qui mentem suam ab humilitatis radice non desecat. Saepe namque malignus spiritus, ut bona destruat, quibus prius adversari non voluit, ad operantis mentem post peractam operationem venit, eamque tacitis cogitationibus in quibusdam suis laudibus excutit, ita ut decepta mens admiretur ipsa quam sint magna quae fecit. Quae dum per occultum tumorem apud semetipsum extollitur, ejus qui donum tribuit gratia privatur. Hinc est enim quod per prophetae vocem contra superbientem animam dicitur: *Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo*. Fiduciam quippe animae in pulchritudine sua habere est in semetipsa de justa actione praesumere, quae in suo nomine fornicatur, quando in hoc quod rectè egit non conditoris laudem dilatari appetit, sed suae opinionis gloriam requirit. Hinc rursus per prophetam scriptum est: *Quo pulchrior es, descende*. Anima etenim unde est pulchrior, inde descendit, quando ex virtutis decore, quo exaltari apud Deum debuit, ab ejus gratia per suam elationem cadit. Quid ergo in his agendum est, nisi ut quum malignus spiritus nobis ad elevandam mentem reducit bona,

por entre los enemigos para traerle el agua, que él deseaba, de la cisterna de Belen, les dijo: que no queria beberla, porque estaba comprada con sangre de inocentes; y derramándola por tierra, hizo de ella un sacrificio al Señor. Si fue agradable á Dios la ofrenda del agua, de que se privó el Rey David, ¿cuánto mas grato le habra sido el sacrificio del oro, que dejásteis de aceptar por amor suyo?

IV.

Que los príncipes sean humildes de corazón

Son grandes las maravillas que Dios ha obrado en vos: pero por esto mismo debeis guardaros mucho de las asechanzas de nuestro comun enemigo; pues quanto mas ricos nos ve de dones de Dios, tanto mas se afana en tendernos lazos para nuestra caída. La vida no es mas que un viage; y como los ladrones en los caminos no persiguen á los pasajeros pobres, sino á los que van cargados de oro y plata; asi el demonio hace mayores esfuerzos contra los que ve mas ricos de dones y gracias del cielo. Habiendo pues vos recibido de la mano de Dios el beneficio de la conversion de vuestros súbditos, es menester que pongais todo el cuidado posible en la humildad de corazón y en la pureza de los sentidos; pues dice la Verdad eterna, que *será humillado quien se ensalza, y ensalzado quien se humilla*; y es cierto, que para levantar el corazón á las cosas del cielo, es menester arraigarse profundamente en la humildad. El espíritu maligno, cuando no puede impedir una accion buena, procura destruirla despues de hecha, insinuando pensamientos de vanagloria, con que el hombre se complace y se admira de lo mucho que hizo, y merece con esta oculta soberbia, que Dios le prive de su gracia, y del mismo premio con que antes le habia enriquecido. A esto aludia el Profeta cuando dijo al alma del soberbio: *por la satisfaccion que tenias de tu hermosura has fornicado en tu nombre*: pues el gloriarse de las acciones buenas, es lo mismo que vanagloriarse de la propia belleza; y buscar en lo que se ha hecho no la gloria de Dios sino la propia, es como fornicar consigo mismo. Dijo tambien el Profeta: *baja de donde eres mas hermosa*; entendiendo que el alma cae de su hermosura, cuando en lugar de crecer en gracia con las alabanzas de Dios, la disminuye con vanidad. El remedio que hay para esto es obrar al reves de quien nos tienta, llamando á la memoria nuestras obras malas, cuando él nos

(2) *Am. Bibl. Reg. Tol. 2. Urg. laudibus,*

(3) *Am. priús.*

quae egimus, nos semper ad memoriam mala nostra revocemus, quatenus et nostra cognoscamus esse quae peccando fecimus; et solius omnipotentis Dei munera, quum peccata declinamus (4)?

Item (in anagnostico) ante longum tempus dulcissima mihi vestra excellentia, Neapolitano quodam juvene veniente, mandare curaverat, ut piissimo imperatori scriberem quatenus pacta in cartophylacio requireret, quae dudum inter piae memoriae Justinianum principem, et jura regni vestri fuerant emissa, ut ex his colligerem quid vobis servare debuisset. Sed ad hoc faciendum duae res mihi vehementer obstiterunt: una quia cartophylacium praedicti piae memoriae Justiniani principis tempore ita subripiente subitanea flamma incensum est, ut omnino ex ejus temporibus pene nulla cartha remaneret: alia autem, quia nulli dicendum est, ea quae contra te sunt apud temetipsum debes documenta requirere, atque haec pro me in medium proferre. Ex qua re hortor ut vestra excellentia suis moribus congrua disponat, quaeque ad pacem pertinent studiosè peragat, ut regni vestri tempora per longa sit annorum curricula in magna laude memoranda. Praeterea dona vestrae excellentiae, quae pauperibus beati Petri apostoli sunt transmissa, trecentas cucullas accepimus, et quantum possumus precibus exoramus, ut cujus vos pauperes vestimentorum largitione protexistis, ipsum autem in tremendo die examinis protectorem habeatis. Ut autem nostrum hominem ad vestram excellentiam modo minimè mitteremus, navis necessitas fecit, quia inveniri non potest qui ab istis partibus ad Hispaniae littora valeat proficisci.

V.

Ut principes castitati corporis studeant.

Custodienda quoque est munditia corporis in studiis bonae actionis, quia juxta vocem praedictantis (5) Apostoli: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos*: Qui rursus ait: *Haec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra*. Quam sanctificationem quid dixerit ostendens, protinus adjunxit: *Ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in honore, et sanctificatione, et non in passionibus desiderii*.

VI.

Ut principes moderati et mites erga subjectos existant.

Ipsa quoque regni gubernacula erga subjectos

(4) Los §§. que siguen no observan igual orden en los impresos que aqui.

representa y exagera las buenas, y confesando en nuestro corazon, que todo lo malo que hacemos es obra nuestra, y de Dios todo lo bueno.

Ha mucho tiempo que vuestra dulcísima Excelencia, por medio de un jóven napolitano que vino á Roma, encargó escribiese al piadosísimo Emperador (Mauricio I.^o), con el fin de que se buscara en su archivo el tratado ajustado entre el principe Justiniano, de buena memoria, y el Rey Athanagildo, acerca de los derechos de vuestro reino, para ver lo que á vos se debe. Por dos motivos muy fuertes no he podido servirlos. El primero, porque en tiempo de dicho principe Justiniano, de feliz memoria, padeció el archivo tal incendio que no queda casi documento alguno de aquellos tiempos: y el segundo, porque siendo los artículos del tratado contrarios á vuestras regalías (lo que no conviene que se diga); es mejor que se produzcan por mi medio los documentos que se hallaren en vuestra misma Corte. Os exhorto pues que dispongais lo que os dictare la prudencia, y lo que mas convenga á la paz y tranquilidad del público; para que vuestro reinado merezca por largos años el elogio de todos. He recibido las trescientas vestiduras, que ha enviado vuestra Excelencia de limosna á los pobres de San Pedro; y ruego á Dios con toda mi alma, que en el tremendo dia del juicio final, os ampare y proteja aquel mismo Señor, á cuyos pobres habeis favorecido y vestido. Si he tardado tanto en enviar á vuesta Excelencia mi hombre, no ha sido por descuido, sino por falta de ocasion, pues no ha habido bastimento alguno, que pasase de estas tierras á las de España.

V.

Que los príncipes sean castos de cuerpo.

Tambien la pureza de los sentidos es necesaria para conservar el mérito de las obras buenas; pues como dijo el Apóstol San Pablo, *somos nosotros mismos el templo Santo de Dios; y lo que quiere Dios de nosotros es nuestra santificacion: esto es, como lo esplica el mismo, que nos abstengamos de toda inmundicia, procurando gobernar nuestros sentidos segun las leyes de la virtud y honestidad, y no segun las inclinaciones de la concupiscencia*.

VI.

Que los príncipes sean moderados y humanos con los súbditos.

Aun en el gobierno de los súbditos debemos re-

(5) Esta es la última palabra del Códice Escorialense 2.

magno sunt moderamine temperanda, ne potestas
 mente subrepat. Tunc enim regnum bene geritur,
 quum regnandi gloria animo non dominatur. Cu-
 randum quoque est, ne ira subrepat, ne faciat ci-
 tius omne quod licet. Ira quippe, etiam quum
 delinquentium culpas exequitur, non debet menti
 quasi domina praeire, sed post rationis tergum
 velut ancilla famulari, ut ad faciem iussa veniat.
 Nam si semel mentem possidens coeperit, justum
 esse reputat etiam quod crudeliter facit. Hinc enim
 est scriptum: *Ira viri justitiam Dei non operatur.*
 Hinc rursum dicitur: *Sit omnis homo velox ad
 audiendum, tardus autem ad loquendum et tardus
 ad iram* (6). Haec autem vos auctore Deo om-
 nia servare non ambigo; sed occasione admoni-
 tionis exorta bonis vestris actionibus (7) me fur-
 tivè subjungo, ut quod non admoniti facitis, quan-
 do vobis et admonens additur, jam non soli fa-
 ciatis. Omnipotens autem Deus in cunctis actio-
 nibus vestris coelestis brachii extensione vos pro-
 tegat, vobisque et praesentis vitae prospera, et
 post multa annorum curricula gaudia aeterna con-
 cedat.

VII.

De clave corporis beati Petri, et de cruce Domini missa, sive
 de pallio ad beatum Leandrum episcopum directo.

Clavem verò parvulam a sacratissimo beati Pe-
 tri apostoli corpore pro ejus benedictione trans-
 misimus, in qua inest ferrum de catenis ejus in-
 clusum, ut quod collum illius ad martyrium li-
 gaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat (8).
 Crucem quoque latori praesentium dedimus vobis
 offerendam, in qua lignum dominicae crucis inest,
 et capilli beati Joannis Baptistae ex qua semper
 solatium nostri Salvatoris per intercessionem prae-
 cursoris ejus habeatis. Reverendissimo autem viro
 fratri, et coëpiscopo nostro Leandro pallium a beati
 Petri apostoli sede transmisimus, quod et antiquae
 consuetudini et vestris moribus, et ejus bonitati,
 atque dignitati debebamus.

(6) Æm. iracundiam.

(7) Æm. Bibl. Reg. Tol. 2. : actibus, sicque postmodum.

frenar los ímpetus de la soberbia con la mode-
 racion y templanza, pues entonces el hombre reina
 bien, cuando la gloria del reino no le domina. La
 ira y la precipitacion aun en las cosas lícitas,
 es otro escollo muy peligroso. Debemos castigar
 á los delincuentes; pero la ira en el castigo debe
 venir como criada despues de la razon, y no
 antes de ella como señora; porque cuando la ira
 va por delante, nos parece justa y razonable aun
 la misma crueldad. Por esto se dice en las sagra-
 das Escrituras, que *la ira del hombre no obra jus-
 ticia delante de Dios; y que el hombre ha de ser
 pronto en escuchar, pero tardó en hablar y tardó
 en enojarse.* He dicho todo esto, no porque vos
 necesiteis de mis consejos, sino por tener alguna
 parte en vuestras buenas obras; pues hasta ahora
 habiéndolas hecho por impulso propio, han sido
 enteramente vuestras; y en adelante por la mez-
 cla que tendrán de mis amonestaciones, serán
 juntamente de los dos. El Señor de los cielos ben-
 diga con su brazo poderoso, y os proteja en to-
 das vuestras acciones, dándoos felicidad en este
 mundo, y despues de larga vida el premio eterno.

VII.

De la llave del cuerpo del bienaventurado Pedro, de
 cruz del Señor que remite, y del palio que envia al bien-
 aventurado obispo Leandro.

Os remito con el dador de esta carta una lla-
 vecita, que ha tocado el sagrado cuerpo de San
 Pedro Apóstol, y tiene parte del hierro de las
 cadenas, que como cargaron sobre su cuello en
 el martirio, así os descarguen el alma de todo pe-
 cado. He entregado tambien al mismo portador
 una cruz con parte del sagrado madero de nues-
 tra Redencion, y de los cabellos de San Juan Bau-
 tista, para que el Señor os dé consuelo y gra-
 cia por intercesion de su santo Precursor: y
 por el mismo medio desde esta silla de San Pedro
 Apóstol envio el Palio al reverendísimo, obispo
 y hermano mio Leandro, lo que se debia al uso
 antiguo, á vuestras costumbres y á la bondad y
 dignidad de este.

(8) Æm absolvat.

CI.

CONCILIIUM (1) ROMANUM TEMPORE GREGORII PAPAE PRIMI.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, temporibus piissimorum (*ejusdem Domini*) Augustorum Mauricii, Tiberii et Theodosii (*ac serenissimorum dominorum*), anno tertio (*Decimo*) decimo, indictione tertia decima, quinto die mensis Julii, Gregorius Papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cum episcopis omnibus et Romanae ecclesiae presbyteris residens, adstantibus diaconibus et cuncto clero, dixit: In sancta hac Romana ecclesia, cui divina dispensatio praeesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad praedicationis officium eleemosynarumque studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad sacrum ministerium, dum blanda vox quaeritur, quaeri congrua vita negligitur, et cantor minister Deum moribus stimulet, quum populum vocibus delectat. Qua de re praesenti decreto constituo ut in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque evangelicae lectionis officium inter missarum solemnias exsolvant. Psalmos verò ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exiget, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit. Et responderunt omnes: anathema sit.

Secundum capitulum.

Verecundum mos torporem indiscretionis involvit, ut hujus sedis pontificibus ad secreta cubiculi servitia laici pueri ac seculares obsequantur, et quum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplum, plerumque clerici, qualis in secreto sit vita sui pontificis, nesciunt; quam tamen, ut dictum est, seculares pueri sciunt. De qua re praesenti decreto constituo, ut quidam ex

(1) Este concilio falta en los códices de la Biblioteca real,

CONCILIO ROMANO DEL TIEMPO DEL PAPA GREGORIO I.

